

COSS. III. PP. PROCOS.

In æreo hoc Numismate adparet ara, cui ignis est iniectus. Vtriq; aræ lateri Diocletianus & Maximianus paludati assunt, sinistris globum tenentes, dextris eleuatis iurare videtur. Inter quos ad aram stat statua Concordiæ velata coniungens ambos. A tergo cuiusque Victoriola alata coronas Imperatoribus imponens, cernitur, cum huiusmodi inscriptione: **IMPP. NN. AVGVST.** subscriptum verò: **FIDES EXERCIT.**



**EVTROPIA** Maximiani Imperatoris vxor, ex quo Maxentium Imperatorem & Faustam, quæ Constantio nupsit, sustulit.

**FAVSTA** Valerii Maximiani Herculei ex Eutropia filia, quam pater Constantino Imperatori in vxorem tradidit.



**FLAVIVS VALERIVS CONSTANTIVS CHLORVS**, ex patre Eutropio, Romanæ gentis nobilissimo, & matre Claudia, Claudii Augusti filia, genitus, à Maximiano & Diocletiano cum Maximino in Imperio adoptatus